



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Surripientes a propinquis, vel amicis, quae credunt gratis daturos, licet non proponant abstinere, absolui possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

cenfetur tollere alia, per alias leges iam inducta, Argum. ex duarum. de auct. & vſupallij. & Pan. in cap. at ſi clerici de iudic. nu. 36 & ca. ſi autem. de cohab. cler. & mulier. & ideo poteſt iudex noſſas pœnas contra ſe delinquentes arbitrari, declinando præſertim ad poenam, mitiorem imponendam.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 1. de cohab. cleric. & mulier.

- 4 **Q**Uæ Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 14. de reſ. con. tra clericos concubitoſarios ſtatuit, etiam ad ſimplicem incontinentiam extenduntur; & non ſolum binas aut plures acceſſiones ſine actu fornicandi, ſed etiam vnam cum reali fornicatione, priuatione tertie partis fructuum priuare intendit; maxime cum Concilium non inſinus huiusmodi peccata clericorum prohibere, & punire voluit, quam iura antiqua: vnde cum propter vnam ſolam fornicationem etiam ſimpliciter iura antiqua clericum deponendum eſſe ſtatuerint, cap. presbyter. cap. in omnibus. cap. feminas. & clericus. diſt. 81. cap. ſicut. & cap. ſi autem. de cohabit. cler. & mulier. a fortiori Tridentinum vnaſtelem fornicationem priuatione tertie partis fructuum punire, vnamque acceſſionem, & conuerſationem ſuſpectam, & illicitam prohibere intendit.

TITVLVS XI.

De Raptoribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptor non eſt, quem virgo vltro ſequitur, licet eam ſuſcipiat.
- 2 Raptus ſine violentia committi non poteſt, & qui eam commiſiſſe cenſetur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. in v. riſque.

- 1 **S**I virgo alicuius iuuenis amore capta, cum illum tranſeuntem per callem & viam de fenestra videt, exiens de domo poſt eum ad domum ipſius vadit, vbi ab eo carnaliter cognoſcitur: Quamuis iuuenis ſtuprum in hoc caſu committit, raptum tamen committere non dicitur; & ideo ſola pœna ſtupri, non pœna raptus a Concilio Tridentino ſeſſ. 24. ca. 6. de reſ. matr. ſtatuta puniendus eſt: Cum raptus violentam ablationem, qua femina ab vno loco ad alium tra-hitur, in portet; ex S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 9. & q. 154. art. 7. & c. de raptoribus. 36 q. 1. & l. 1. C. de raptu virgin. pœna autem non extendenda, ſed reſtringenda potius ſunt, ca. pœnae de pœnit. diſtin. 1. præſertim cum ſtuprum ſuo genere minus peccatum ſit, quam raptus.

DECISIO II.

Ex conf. 3. in Nouis, de eſt in antiq.

- 2 **R**Aptus ſine violentia committi non poteſt, argum. c. de raptor. b. 36. q. 1. & l. vni. C. de raptu virg. quam tamen intuliſſe cenſetur, qui per munera data, vel promiſſa puellæ perſuadet, vt nolente patre de domo exeat, & ad ipſum veniat; & excommunicationem, & iuris infamiam ipſo iure ſine alia iuris declaratione incurrit, vt ait Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reſ. matr. c. 6. Et quamuis pœnam incurſam ipſo iure contra ſe regulariter nequaquam tenetur, donec a iudice ſoluere iubeatur; ſecus tamen in cenſuris, ac alijs inhabilitatibus cenſendum eſt, vt propterea excommunicationis pœnam contra ſe exequi raptor tenetur. nec ſufficit emendatio vitæ, ſed neceſſaria eſt expreſſa abſolutio, vt liberetur: ſicut nec infamia iuris per ſolam emendationem vitæ tollitur, cum tamen infamia facti emendatione ipſa ceſſare cenſetur.

TITVLVS XII.

De Furtis.

S V M M A R I V M.

- 1 Surripientes a propinquis, vel amicis, quæ credunt gratis daturos, licet non proponant abſtinere, abſolui poſſunt.
- 2 Ancilla erogantes pauperibus minuta aliqua ex tacito do minorum conſenſu, reſtituere non tenentur.
- 3 Reſtituere tenetur, qui ad vitandam mendic. tatem furatur.
- 4 Miniſtri alios furari videntes, & eos non impediendo, licet peccent, reſtituere tamen non tenentur.
- 5 Pueri præſeſti coquina de mandato eius amicis deferendo, niſi deſiſtant abſolui non poſſunt.
- 6 Oecon. mus licite cum alijs conuenire poteſt, vt accipiat res ab eis pro pretio corrente, & ipſi aliquid lucri dent illi.
- 7 Reſtitui debent furto ſubſtractæ.
- 8 Fur licet curauerit vt ablatum ad dominum rediret, ſi non redijt, iterum domino reſtituere tenetur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. in v. riſque.

- 1 **P**Auperes a propinquis, vel amicis quædam parui momenti, dum eos viſitare ſoleant, ſurripientes, quæ tamen credunt gratis daturos, ſi peterentur, licet non proponant abſtinere, abſolui poſſunt; ita Nau. in Man. c. 7. num. 1. 39. Quia non oportet penitentem habere propoſitum abſtinendi omnino a venialibus ſicut mortalibus, ex S. Thom. 3. p. q. 87. ar. 1. & 4. & Naua. in Man. c. 1. nu. 24.

DECISIO II.

Ex conf. 2. in v. riſque.

- 2 **A**ncilla frequenter inſeſis dominis modica quædam pauperibus erogantes, & credentes hoc inſine eſſe prohibitiu; & ſine animo pœnitentiæ ad notabilem ſummam, ad reſtitutionem non tenentur, dum modo probabiliter credant Dominas rogatas ea pauperibus conceſſuras eſſe, etiam ſi omnia illa modica ad notabilem quantitatem peruenerint, ſi nunquam, percipiendo illa parua, ad illam peruenerit intendant, ita Nau. in Man. c. 37. num. 1. 39. Quia magis peccat, ceteris partibus, qui capit, quam qui retinet, arg. c. ſape. de reſtit. ſpohat. qui autem illa parua capit ſine intentione ad illam quantitatem notabilem pertinen-di, plusquam venialiter peccare non cenſetur.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 6.

- 3 **P**eregrius in via exiſtens, & nihil habens, ſi data occaſione aliquid furetur, vt in patriam ſibi redeunt. prouideat, & mendacitatem, & alia incommoda itineris deuſet, ad reſtitutionem faciendam obligatur, ita Naua. in Man. c. 17. num. 61.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 7. de iniur. & damno dato.

- 4 **I**n domibus magnatum, vbi adſunt miniſtri varia officia habentes, & l. reſpoſitus caſtodie veſtium videns alium ex cella vinaria vinum ſecreto furantem, quia tamen ad illum cura cellæ vinariæ ſpecialiter non ſpectat, nec impedit, nec indicat hoc ei, qui occurrere, & impedire peſſet, non impediendo damnum proximi, cum poſſet, moraliter peccat, ex Naua. in Man. c. 24. nu. 22. ad reſtitutionem tamen non tenetur; eo quod non peccat contra legem in re ſpeciali, ſed ſolum contra legem charitatis, cuius reſtitutio ad reſtitutionem non obligat, ſicut tranſgrefſio in re ſpeciali, vt ait idem Nau. in Man. c. 17. nu. 11.